Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Sunt iusti quib' multa pueniunt quasi opa egerunt impiorum
et sunt impiis
qui ita securi s quasi iustorum facta habeant. Sed et hoc uanissimum iudico. Laudaui igitur letitiam quod non esset homini bonum sub sole nisi quod comederet et biberet atque gauderet. et hoc solum secum auferret de labore suo indies' uite quos dedit ei deus sub sole. Et apposui cor meum ut scirem sapientiam et intelligerem distinctionem que uersatur in terra. Sit homo quod dies' ac noctib' somnum non capit. et intellexi quod omnium opum dei nullam possit homo inuenire rationem eorum que fiunt sub sole. et unquam plus laborauerit adquirendum tanto minus inueniat. Etiam si dixerit sapiens se nosse. nil poterit repperire. Omnia hec tractaui in corde meo. ut curiose intellexerim. Sunt iusti atque sapientes et opa eorum in manu dei. et tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit. sed omnia in futurum seruantur incerta. et quod uniuersa eque eueniant iusto et impio bono et malo mundo et immundo. immolanti uictimas et sacrificia contemnenti. Sicut bonus sic et peccator. ut periurus ita et ille qui timet iuramentum. Hoc est pessimum inter omnia que sub sole fiunt. quia eadem cunctis euenerunt. Unde et corda filiorum hominum implentur malitia et contemptu in uita sua. et post hec ad inferos deducentur. Nemo est qui semper uiuat. et qui huius rei habeat fiducia. Melior est canis uiuus leone mortuo. Viuentes enim sciunt se esse mori turos. mortui autem nichil nouerunt amplius nec habebitur ultra merces eorum. quia obliuioni tradita est memoria hominum. Amor quoque et odium et inuidie simul perierunt. nec habent partem in hoc seculo. et in opere quod sub sole geritur. Vade igitur et comede in letitia panem tuum et bibe cum gaudio uinum tuum. quia deo placent opa tua. Omni tempore sint uestimenta tua candida. et oleum de capite tuo non deficiat. Perfruere uita cum uxore quam diligis cunctis diebus uite instabilitatis tue. quia dari sibi sub sole omni tempore uanitatis tue. Hec est enim pars uiuenti et in labore tuo quod laboras sub sole. Quod cumque potest manus tua facere instanter opere. quia nec opus nec ratio nec scientia nec sapientia erunt apud inferos quo tu festinas. Conuersus me alio uidi